

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Rosh ha-shanah Sive Exercitatio Philologica De Avspiciis Anni Civilis  
Hebraeorvm Eivsdemqve Solennitatibvs**

Gissae Hassorvm: Excud. Io. Reinh. Vvlpivs, [1707?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873992032>

Druck    Freier  Zugang





78.



Fa-1092(78) *(SON)*

Tomo Soc. LXXXVII habent

1. Isaac Faustig de Epistola Jacobi Sententia Veterū.
2. — ad locum Jacobi V, 14-15. & sent. Lutheri pñor. Posterior.
3. — — — — — Tertia.
4. — — — — — 4.
- 5-13. Jo. Adami Osiander Disputationes IX. de luce in crea-  
tu et creatu.
- 14-18. Michaelis Schulleri Expositiones V. de Invocatib[us].
19. Wilhelmus Zestig de Thcologiae principiis cognoscendi.
20. Georgius Henricus Haerling de Benivolentia Dei  
generali et speciali.
21. Endenius Gerschowig de Passione et morte Iesu Christi.
22. — Haerlinus de Baptismo. <sup>tum</sup>
23. Jo. Adamus Scherzerus de fide baptizatiū infra
24. Antonius Reiserus de Sacram. Baptismi.
25. — Haerlinus de Iustificatione.
26. — — — — — 26. — — — — — de fide iustificante.
27. — — — — — 27. — — — — — Mich. Muller de Imputacione iustificatione.
28. — — — — — 28. — — — — — Endenius Oscarus de Renovatione.
29. — — — — — 29. — — — — — Jo. Meissnerus de oratione spiritus. inhabitatione.
30. — — — — — 30. — — — — — Jo. Osiander de Ecclesia.
31. — — — — — 31. — — — — — Geor. Henricus Keller de Ecclesia infantum.
32. — — — — — 32. — — — — — Jo. End. Hartmannus de Elencho morali.
33. — — — — — 33. — — — — — Jo. Ad. Osiander de Inuisimis.
34. — — — — — 34. — — — — — de Miraculis.
35. — — — — — 35. — — — — — de Jure Patronat[us] Prisoriat[us] ch.
36. — — — — — 36. — — — — — 37.

37. Geom Henricus Keller de Magistratu Pol.  
 38. Kriegenq Hirlander Satyra in Bökelmanni Dfect.  
     inaug. de Potestate Ecclesiastica.  
 39. Io. Henrici Chaji Epistola ad I. Jo. Fridericayonem.  
 40. Disputatio ad 190. II. i. 2.  
 41. Fridericus Lippinus de illarv Antoniu de Do-  
     minis Episcopo Spalatensi.  
 42. Ministerii Tripolitani Anticisis Judicii Syncretismi  
 43. Eiusdem Ministerii Literae ad Colegiam Theologica.  
 44. Georgi Philippi Rissus Thesauriq nunc  
     Lutetiae.  
 45. Melchioris Cornei Aristoteles redirevo R. Cathol.  
 46. Gottlieb Wernsdorff Progr. de Ernesto Lueb.  
     ad Orat. manu. C. Luhni.  
 47. — Exploratio Spiritus Brendeliani.  
 48. Io. Reinhart Brecht de Poenit. Iterabili.  
 49. Io. Michael Ludwig de prejudicis practicis.  
 50. Georgi Gustavi Zeltneri conjectura de Chilarmo  
     presenti ex Apoc. xx. 4. s.  
 51. Godofredi Rudovici Progr. de epist. ad Ebneos.  
 52. Christoprh Matthias Pfaffig de Gratia et Prae.  
 53. Io. Sigismundus Kirchmeier de Principio fidei  
     Verbo Dei contra revelationes Inspirationum.  
 54. Io. Henricus Majus Filii de Novi Am. Ubr. auctoritate.  
 55. Gaspari Cardilli Apologia pro Initiatione Concilii  
     Trentini.

J.C.

54.

רְגָבָתָן

Sive

EXERCITATIO PHILOLOGICA

DE

# AVSPICIIS AN NI CIVILIS HEBRAEORVM EIVSDEMQUE SOLENNITATIBVS QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO LUDOVICCO  
HASSIAE LANDGRAVIO, PRINCIPE HERSE  
DIAE, COMITE IN CATTIMELIBOCO, DECIA, ZIEGENHAI  
NA, NIDDA, SCHAVMBVRGO, YSENBVRCGO & BVDINGA,  
PRINCIPATVS HASSIACI SVPERIORIS PRIN  
CIPE HEREDE,

PRAESES

M. IO. HENRICVS MAIVS, FII  
ET RESPONDENS

IOANNES FRIDERICVS BÜH

WIMPINENSIS,

PLACIDAE COMMILITONVM DISQUI  
SITIONI SVBIICIENT

IPSIS KALENDIS OCTOBR. MDCCVII.

---

GISSAE HASSORVM, Excid. Io. REINH. VVLPIVS, Acad. Typ. Ord.

55.

VIRO  
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO atque EXCELLENTISSIMO,  
DOMINO  
**O. B V R C H A R D O**  
MAIO,  
HISTORIARUM ET ELOQVENTIAE  
IN ALMA KILONIENSI  
PROFESSORI PUBLICO CELEBERRIMO,  
ONO. PATRONO ET PATRVO SVO  
AC FIDEI SPONSORI,  
PERPETVO PIETATIS CVLTV PROSECVENDO,

*Hancce Exercitationem Philologicam*  
IN GRATAE MENTIS PIGNVS  
LVBENS MERITO.

D. D. D.

M. IO. HENR. MAIVS. FILIUS.



§. I.



Nnum Hebraeorum duplicum esse, sacrum alium, *Annus*  
cuius initium in Nisan, Martio nostro respon- *Hebr. du-*  
dentem, incidit; alium ciuilem, qui auspicia sua *plex.*  
a mense Tisri vel Septembri capit; omnium  
testimoniis comprobatur: nec obscure id innuit  
*Iosephus Aegaeiologus* I. 4, hęc scribens: Συνέβη δὲ  
τότε τὸ παθός πατά τὸ ἔξακοσιοῦ ἔτος, ἦν Νο-  
χῆ τῆς ἀρχῆς, ἐν μηνὶ δευτέρῳ, Διάμερος υπὸ Μα-  
κεδόνων λεγομένῳ, Μαρσονάνῳ δὲ υπὸ Εὐθείων. Τοῦ γαρ Αιγυπτίου τὸν ἐνια-  
τὸν ἥστεν διατεταχότες, Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισάν, ὃς ἐστι Εἰρήνης, μῆνα πρῶτον  
ἐπὶ τοῖς ἑορταῖς ὠρίσεν. Est in praesenti Planii loco mendum etiam in  
optimis quibusuis editionibus, quas quidem euoluere mihi conti-  
git, v. gr. Basileensi Frobeniana, 1544. Genevensi Graeco-Lat. 1611. &  
Colonensi, si Diis placet, A. 1691, cui erudita prolegomena praemisit  
*D. Ittingius*, vbi legitur *Marsoránū* pro *Marexianū*. Hunc enim se-  
cundum a Tisri mensem esse, non tantum ex allato *Iosephi* testimo-  
nio, sed & ex catalogo mensium variorum nominum apud diuersas  
gentes visitatorum, a Steph. le Moyne Tom. I. var. sacr. in lucem pro-  
ducto, vbi p. 458. ordine secundo, statim post Tisri ponitur. *וְשׁוֹרֶךְ*  
nec non ex schemate Scaligeriano Lib. IIII. de emend. temp. p. 168.  
& Lib. VII. p. 378. immo ex obuiis quibusuis Iudeorum Kalendariis  
constat. Mensem porro Dio, Iacobus Usserius de Macedonum &  
Asianorum anno solari p. m. 9. & 99. primum ponit, a quo orsi, sub  
autumnale aequinoctium, annum fuerint, & cum Hyperberetaeo

A 2

termi-

+ +

tetra inauerint ; secundus vero Appellaeus fuerit. Vnde videtur Iosephus Syromacedones & Smyrnaeos intellexisse , quibus , prout ex codem Usserio & Scaligerol. c. Lib. II. p. 68. IIII. p. 165. patet, Treg-  
Begetatio primus ; Διος secundus erat mensis.

### §. II.

*Auctores,  
qui de anno  
Hebr.  
scripsierunt.*

Multa equidem hac occasione de mensibus annisque Iudeorum dici possent , a scopo nostro non adeo aliena. Sed quoniam iam ab aliis haec occupata prouincia est , nominatimque a Stanislao Grisepio in dissert. peculiari , annexa tractatu eiusdem de multiplici ciclo & talento Hebraico , item de mensuris aridorum ac liquidorum , praemissa epitome de ponderibus & mensuris , quae apud profanos existant auctores , ex Guilielmo Budaeo , de asse , potissimum desumpta , quem scriptorem post editionem Plantinianam Antwerp. 1568. 8. Henr. Gunth. Thulemarius Erfurti 1676. edidit , auctorem tamen nominare non potuit , quum librum nactus sine titulo fuerit ; a Ioanne Seldeno tractatu de anno Ciuali veterum Iudeorum , Lugd. Bat. 1683; Sebaf. Münsterio in Kalend. Hebr. p. 43. - 56. edit. Basil. 1527. celeberrimo Meyerio de festis cap. III. tot. Sigonio de Republ. Hebr. III. 1. Leiderkerode R. H. VI. II. p. 401. ff. Goodvino in Mose & Aarone. III. 1. Hoppiniano de orig. fest. p. 9. leqq. lo. Ernesto Gerhardo in disp. de festis tertia cap. I. habita Lena. 1650. Stranchio in Breu. Chron. IIII. 2. p. 362. - 376. & diss. peculiari de comput. Thalmudico-Rabbinico habita Witt. 1655. & in alia de anno Ebraeorum Ecclesiastico , habita ibidem eodem anno ; quarū utraq; recusa est 1661. Spanhemio Chron. S. Part I. cap. 12. p. 47. ff. ceterisq; propemodum Chronologis omnibus satis ista pertractata sunt : nolo diutius huic tractationi immorari , sed potius ea perlustrare , quae ad ciuilis anni auspicio facere videntur.

### §. III.

*Tisri men-* Ante omnia vero sciendum est , mensem Tisri prae aliis omnibus prae aliis bus pluribus festis diebus instructum fuisse. Nam in eo tabu-  
*festis diebus* lārum diuinuarum reparatio , consecratio Salomonei templi , tubarum inclitus est. clangor s. noui anni initium , expiationum dies , tabernaculorum , an-  
ni Sab.

ni sabbathici ac iubilaei initium , & iuxta Iudeorum sententiam ,  
mundi primordia , protoplastorum creatio , aliaque contigerunt.  
vide Dn. Meyerum Cap. XI. ab init. Addunt Iudei suis in Kalen-  
dariis , praeter festos dies , a Lege praeceptos , זומ גראיה ieinium  
ob Gedalam eiusque socios interfectos Mizpaez . Reg. XXV. 25. Ier.  
XLI. כ Palmarum solennitates , אצרת f. octauum  
tabernaculorum diem , itemque שמחות תורה f. laetitiam ob datam  
legem . Hifere sunt festides , quos Iudei Germanientes (sic ut illos  
vocem , docuit me Casanbonus ad Aelii Spartiani Adrianum p. m. 6.)  
moderni celebrare mensis Tisri solent : quem R. Berechia vocavit ירננ  
דשכובעת mensem iuramenti , quoniam in eo Deus O. M. iurauerit per  
se ipsum Abraham Gen. XXII. 16. lalkut f. 186. & 250. 4. Placuit  
autem mihi primum primi mensis ciuilis diem eligere ראש השנה  
dictum , cuius iura in praesentia considerabo .

### §. III.

Festos Iudeorum dies in legales , siue a lege diuina iniunctos , Discrimen  
& politicos , siue eos , qui communis Ecclesiae Iudaicae consensu re- festorum  
cepi sunt , illustris Scaliger l. c. L. VII. p. 320. distinguit , a quo non dierum .  
recedit Munsterus l. m. p. 148. In illorum numerum refert Scaliger  
ראש השנה l. noui anni initia . Et profecto habuerunt hoc Israe-  
litae prae aliis gentibus , quod Deus O. M. ipse leges ipsis dederit ,  
sacros dies decreuerit , ritum illos celebrandi praescriberserit , qua di-  
gnitate populi tum nulli superbire poterant . Merito proinde Spen-  
cerius a Meyeru l. c. castigatus & refutatus est , quippe qui de leg. Rit.  
I. 6. sect. 3. vane nugatur , Deum ideo mensem Tisri tot sacris solen-  
nitatibus impleuisse , ne Israelitae , ut pote sacris negotiis detenti , genti-  
lium ceremonias vacarent , aut Zabii & Aegyptii veteres , (qui hunc  
mensem variis transegerint solennitatibus) mensem aliquem magis  
sancte agere , vel annum melioribus auspiciis inchoare , quam ipsi filii le-  
houae viderentur . Verum erroneous huius opinioni , a Meyeru sat is ex-  
plosae , vnicum duntaxat Siracidis XXXIII. 7. 8. 9. effatum oppo-  
nimus : Διετὶ ἡμέρα ἡμέρας ὑπέρεχε , καὶ τῶν Φῶν ἡμέρας ἐνιστεῖ ἀφ'  
ἡλίου ; Εν γνάται κυρίᾳ διεχωρίθησαν , καὶ ἡλλούσετο καιρός η ἔστασι . Απ-

6

autem anniversariis et natalibus, non enim autem eis dominis nisi  
memoriam.

S. V.

Rationes in  
stituti novi  
anniciuilis.  
Iudei pariter & Christiani alias comminiscuntur institutorum  
primi Tisri diei sollempnium caussas. Illi quidem vti R. Salomo liz-  
chack ad Leu. XXIII. 24. memoriale tantum esse putant Rosch has-  
chanah ligationis Isaaci, a qua immolatione arietis, a diuino Numi-  
ne ostensio, liberatus fuit. Cui consentiunt R. Bechay in Legem f. 157. b.  
ed. Cracou. Aben-Esra (vel vti rectius vocatur Abraham filius R. Meir,  
oriundus a quodam dicto R. Esra. vid. Steph. Morinus Exerc. de Lingua  
primaeva Cap. II. p. 9.) ad Leuit. I. d. R. Simeon in Talmud f. 186. b.  
qui etiam f. 250. col. 4. colloquium Dei cum Abraham, meritis  
constans garris, refert. Vnde credunt, hoc die cornu arietinum in-  
flandum esse, eo quod aries loco Isaaci ostensus arque immo-  
latus fuerit. conf. Yaiikra Rabba f. 162. 3. edit. Wilhermsdorffia-  
nae. Munsterus ad Leuit. I. c. non probabile esse credit, si non pror-  
sus absurdum, viius in hominis memoriam festum diem a Iehona in-  
stitutum fuisse. Vnde probabilius esse credit, quod idoneum fuerit  
tempus ad celebrandos festos dies, quoniam mensis Tisri propemo-  
dum torus fuerit festus. Et cum multum in huius mensis observatio-  
ne situm sit; voluit Spiritus S. primum eiusdem diem festo, otio, clango-  
re & sacrificiis insignem facere, ut ex initio mensis ipse notabilior fieret,  
scribit Fagius ad Leu. I. d. quem exscriptis Vatablus; ad Num. XXIX.  
1. tamen aliam adjicit rationem, vt animi Israelitarum ad reliquos fe-  
stos dies eiusdem mensis rite peragendos praepararentur. conf. Pfeiffer  
in diss. de festis cap. III. habita Wittenb. 1666. Alii Rosch haschanah in-  
stitutum putant in memoriam bellorum cum Amalekitis aliisque po-  
pulis gestorum. Hospianus de festis p. m. 38. Houting. ad III. 3. Si-  
gonius de R. H. III. 11. p. m. 263. in memoriam eius diei, quo tubis  
clangentibus Deus Moysi legem in monte Sinai dedit, celebrari an-  
num ciuilem nouum, quosdam adfirmare scribit. plura habes apud  
B. Gerhardum loco supra indicato Cap. II. Meyerus de festis cap. XI.  
§. 4. p. 310. I. trium principalium in Tisriforum non aliam esse causam  
dicit, quam beneficium illud, quod Deus populum suum eduxit ex  
Aegypto, & introduxit in terram Canaan, in qua agri erant colendi &  
fru-

— 7 —

fructus colligendi. Et propter haec varia dona laudes in hisce festis  
Deo dare tenebantur. Vid. Ven. Parens in Oecon. Temp. Cap. XXXII.  
§. 5. p. 559.

### §. VI.

Licet vero Leuit. XXIII. 24. & Num. XXIX. 1. -- 7. vbi men- *Rosch haf-*  
*sis* septimi & primi eiusdem diei celebratio iniungitur, nulla *capitis schanah*  
*anni*, seu *Rosch hafchanah* fiat mentio: certa tamen, inquit Buxtorf, dies iudicii  
suis Synagog. Iud. Cap. XXIIII. ab init. & constanti Iudeorum tradi- & miseri-  
tione, annus ciuilis hoc mense incipiebat. Idem statuunt, huncce *cordiae eß*.  
diem esse iudicil diem, vid. *Aben-Esra* ad Letit. I. c. qui etiam my-  
steria inde eruit, & clangorem tubarum regnum Dei indicare scribit.  
Ac quem ad modum *Nisan* prae aliis mensibus honore adfectus fue-  
rit, sic pariter *Rosch hafchanah* excellentius prae reliquis fore, tametsi  
sit iudicialis dies. *R. Bechar* f. 157. b. inde iudicil diem esse probat,  
quia adhibetur vox זכרון quale נופל על הram adhibetur de iu-  
dicio. Talem tamen autem diem esse iudicil, ut quamprimum Israe-  
litae vocem buccinnae ediderint, iudicil in gratiam conuertatur.  
Eam ob causam beatos praedicant eos, qui eleganter inflare tubam  
norunt. *Ialkut* f. 186. b. num. 645. & fol. 250. col. 3. vbi eadem fere  
repetuntur. Firmiter enim persuaderunt sibi, hoc die Deum O. M.  
שָׁוֹקֵל יְמִינֵי שָׁלֹךְ כָּל אִישׁ שְׂרָאֵל כָּבֵד זְכִיּוּתִי  
libra quasi tam bene quam *acta cuiusvis hominis Israelitici*. Si  
peccata numerum meritorum excedant, tum Numen eiusmodi homi-  
nem relinquere fortuito casui, & naturae communi cursui, nec ulla  
speciali prouidentia erga eum ferri. Quod si vero merita superent  
iniquitates & errores commissos, talem abscondere hotam sub vni-  
bra alarum suarum, eripere & custodire a malis: qua de re prolixè  
agit *Abrabaniel* in Leg. f. 264. col. 3. 4. Conducunt etiam aliquid  
Patrum merita, quae si quis citauerit coram Deo, iam habetur purus  
& innocens. *Ialkut* f. 250. col. 4. ab init. & tit. Talm. *Rosch hafchanah*  
I. §. 2. *Vaiikra Rabba*. I. c.

### §. VII.

Vocatur in S. Codice Num. XXIX. 1. dies hic festus תְּרוּמָה Nomina dies  
Nomina dies

8

quoque dies dies-clangoris, & Levit XXIII. 24. תְּרוּעָה זָרָן monumentum clangoris. Castellio in h.l. reddit per sabbatum monetum, deducto adiectuo hoc a monendo, quomodo Latini Iunonei monetam dixerunt. Monumentum autem est, cum incipiendum esse annum ciuilis emtionum, seruitutis, remissionis terrae, iubilaei; tum gratias Deo agendas ob elapsi anni beneficia, ac corda ad paulo post sequentem expiationum diem, praeparanda esse, Junius & Tremellius h. l. Abrabani fol. 316. a. Factum hinc est, ut a Nostrisibus quoque anni ciuilis Iudaici initia nomine Festi tubarum s. clangoris diei veniant, eo quod tum temporis tubis clangatur: quo de ritu infra plura differemus. Ialkub f. 250. 3. in fine per תְּרוּעָה זָרָן Isaacum intelligit.

### §. VIII.

*Iura noui anni quot?* Properandum nunc ad nostri festi diei solennitates vel iura, quae vel cum aliis communia, vel propria habet. Ad illa refero cessationem ab omni opere profano, conventionem in loco solenni, quo מִקְדָּשׁ פֶּסְחָה seu congregatio sancta; ad haec, sacrificiorum oblationis, & indictio huius diei clangore tubarum spectat. Atque haec quidem iura ordine singula considerabimus, quo clarius constet, quænam amplius ceremoniae insu fuerint, ex mente saltem Doctorum Rabbinicorum, utpote quorum monumenta excutere, non omisis tamen Christianis auctoribus, animus nobis est. In duobus prioribus breuiores esse poterint. riotibus vero nonnihil immorari nos cogent Rabbinorum intentiae.

### §. IX.

*I. Cessatio ab omni opere profano.* Ad primum itaque quod attinet ius, expressis verbis Levit. XXIII. 25. & Num. XXIX. 1. praecipitur, nullum faciendum esse illo die opus. Abrabani loc. cit. hanc suppeditat dictorum Scripturæ Sacrae locorum explicationem: זָרָן הכתוב שיהיה היום תְּרוּעָה שהוא אסור ב מלאכה זולת אכל נפש:

Produnt sacrae paginae, in die clangoris prohibitum esse omne omnino negotium, si exceperis modo cibum, corporis nutrimentum & viæ sustentaculum. Conf. Ven. Dn. Parenz in Oecon. temp. l. d. Vnde etiani

¶ ¶ ¶

etiam modernis Iudei, licet praeceptum de cessatione ab omni opere  
in sabbatho aliisque solennibus diebus obseruare studeant: magiam  
tamen, horrendum dictu, in die sabbathi, exercere fas esse, scribitur  
in libro f. 46. b. Was anbelangen is שְׁרֵי צְלָוֹת oder das  
is, uvan ein גַּנְבִּיכָה over geschehen, da können etliche machen den גַּנְבָּן  
brengen in ein Glass, oder in der Hand, thar man uvol machen am אַפְּלָו  
שְׁבָתָה dann uvas soliche Sachen is מִזְחָר in der Wochen, das is am שבת  
ach מִזְחָר Plura testimonia ex ipso Talmude habes ap. clariss. Wagen-  
seilium in Sot. p. 533. l.

### §. X.

Leidecker de Rep. Hebr. L. IX. 2. p. 539. conuentionem in loco II. Conuen-  
soleani videtur tanquam peculiare ius initii anni civilis constituere.  
Verum cum dealiis quoque festis diebus e. gr. Azymorum Exod.  
XII. 16. de sabbatho, Leuit. XXIII. 3. paschate, ¶ 7. 8. die expiatio-  
num, 27. tabernaculorum festis diebus, 35. 36. conf. Num. XXVIII.  
tot. phrasis קְרָב adhibeat: nullo modo ad anni civilis auspici-  
cia restringi tantum potest. Ialkut fol. 186. 2. 3. per conuocationem  
sanctam Israelitas, Iacobi posteros, intelligit, eo quod Ies. XLVII.  
12. legatur שְׂמֹעַ אֶלְיָהּ עֲקָב וַיְשָׁרֶל מִקְרָא audi me Iacob; ¶ Israel, vo-  
cate a me. Iuxta R. Elieferem dicitur sancta, ob sanctum quod tum  
peragunt opus. R. Akiba ipsam Numinis sanctitatem sibi concipit. Ce-  
terorum Rabbinorum sententias refert R. Simeon l. d. quas exscriber-  
re superuacaneum foret. Nihil vero aliud per conuocationem sa-  
cram intelligendum esse puto, quam filios Iehouae ad diuinum cul-  
tum accessuros, ab omni immundicie tam corporis quam spiritus se-  
dulo sibi cauere, sacrificia summo Deo offerre modo conuenienti &  
in sancta lege praescripta, omnia denique sancte peragere debere;  
id quod demum erit odor quietis, prout Num. XXIX. 2. 6. dicitur.

### §. XI.

Nunc, quaenam oblata fuerint sacrificia, solennitati huic di-  
cata, perpendendum est. Describuntur illa Num. d. l. & breuiter a III. Sacrifi-  
ciorum ob-  
Ven. Parente in Oecon. Temp. V. T. p. 560, his verbis: Sacrificia latio.  
pro

pro felici noni anni auspicio offerebantur, praeter igitur sacrificium quotidianum, Sabbathicum & nouilunii, propria, invencus, aries, &c. 7. agni pro holocausto, denique hircus caprarum, in sacrificium pro peccato, ut est Num. XXIX. 1.-7. Consenserunt Interpretes omnes, praeter holocaustum in initio mensium, quotidianum, &c. Num. XXVIII. 11. offerenda esse illa, quae iam memorata sunt, Raschi ad Leuit. XXIII. 24. Junius ac Tremellius ad Num. XXIX. 2. Vocantur haec מושפִת וּקְרָבָה in heic vero Num. scil. loc. cit. dici: עשׂוּ מֵשֶׁן qua voce DEVS, secundum mentem R. Tachaliphae Caesariensis, alludat ad coetum Israelitarum, coram ipso congregatum in auspiciis noui anni ciuilis, quem vniuersum purum & innocentem proclameret, quemadmodum eo die, quo nouam creaturam eos creaturetus sit Ies. LXVI. 22. praeter haec idem notat R. Simeon fol. 250. 4. omnia omnino offerri debuisse, quae iniuncta Num. XXIX. 1.-7. erant; acsi unum defecerit, illegitimum fuisse sacrificium. Cur vero hircus capraru[m] ad expiationem immolandus fuerit, R. Bechay Comment. in Leg. f. 194 col. 2. 3. fabulas in subsidium vocat. Nempe suprenium Numen lunam inferiori loco ac solem habuisse. Tum lunani adiisse Deum, & rogasse, num duo reges pro una corona feruire possint? Dixisse Deum: ito, humiliato reipiam; ac lunae excipienti, honestum quid se petuisse, & tamen inferioris dignitatis esse cogi, atque solem, respondisse Deum: abi, dominare in diem noctemque, secundum te Israelitae computabunt annos ac dies. Hanc esse rationem, ob quam Deus iussit adduci hircum in sui ipsius expiationem, eo quod minorem honorem lunae, quam soli tribuerit; antiquitus quippe, prout nugantur Iudei, aequalem splendorem lunae cum sole fuisse. Abrabaniel in L. f. 316. a. pecudum pro sacrificio Rosh hashchanah maestatorum sequentem explicationem על דרך המרע, nobis sistit, quod iuuenetus unus praefecto tantum esse ideo debuerit, quoniam unus fuerit Abraham; aries autem in ligati Isaaci: & septem agni in Iacobi filiorumque memoriam: filios enim Leae fuisse cum Dina septem, ac Rachelis liberos, addito Iosepho & duobus ex ancillis progenitis, itidem fuisse septem. Indicari itaque arbitratur, quod

— 2 —

quod Patrum recensitorum merita protegant atque iuuent filios  
omnesque posteros ipsorum. Totam autem sacrificii rationem id  
notare posse, pluuias & influxus de coelo venientes, Israelitis nul-  
lum allatuos damnum, cum diuinae prouidentiae solertia eosdem  
defendat. Atque hoc quidem modo iuuencum illum ynum indica-  
re supremum orbem coelestem, omnia ambientem; arietem vnum,  
orbem planetarum octauum, septem agnoscotidem orbes  
seu planetarum mobilium, significare. Vniuersa haec, prout ul-  
terius fingit, Ichouea in altari offerri, ad ostendendum, Deum iis do-  
minaturum, ne pro lubitu aut solita ratione in Israelitas influant. Hinc  
patere ait, cur iuuencus & aries duntaxat vnicus in *Rosch hassenah*  
offerri debuerint, reliquis autem in festis diebus semper bini. Prae-  
ter sacrificia, Scriptura S. mentionem quoque iniicit libaminum ¶ 6.  
& haec cum illis, auctore *Ialkut* d. l. ideo comparat, quoniam eadem  
vtriusque conditio sit. Quantam enim deformitatem in iumentis,  
tantam etiam in libaminibus esse posse quam sedulo diligenterque  
Israelitae caueant; cum alioquin sacrificium non abiturum  
לְרִיחַ נִיחַ leu ut ¶ 2. legitur לְעָלָה רֵיחַ ubi licet quidam transpo-  
nere velint h. m. vid. *Vatablus* h. l. eam tamen transpo-  
sitionem non necessariam esse iudicamus. Facile autem quiuis, et  
iam non monentibus nobis, perspicere poterit, esse haec cerebri otio-  
si Iudaici allegorias, & tantum non fabulas, quibus in refellendis  
operam consumere superuacaneum est.

### §. XII.

Pergendum potius est ad tubarum clangorem audiendum,  
secundum doctrinam Hebraeorum a nobis enarrandum. Primo  
autem loco instrumentum, quo perficiebatur, inspiciendum est. Li-  
cet vero expressis in Scriptura verbis cautum non sit, num בְּשׁוֹפְרוֹת  
רֵיחַ fieri debeat (per רֵיחַ tubae rectae, per שׁוֹפְרִי curuae  
intelliguntur *Succa* f. 34. a.) per traditionem tamen quandam,  
בְּשׁוֹפְרִי clangorem instituendum esse, Iudei se accepisse gloriabantur; quo  
trahunt diuini codicis verba: Leuit. XXV. 9.  
וְעַבְרָה שׁוֹפְרִת חֲרוּעָה  
¶ transire facies tubam clangoris. Iam cum *Rosch hassenah* Num.  
XXIX. 1. וְיֻמֶּת חֲרוּעָה dies clangoris vocetur; & vero eadem vox  
חֲרוּעָה de

### III.

Tubarum  
clangor. ubi  
& instru-  
mentum,

de שופר tuba in iubilao adhiberi solita, usurpetur; constare inde dicunt, instrumenta in vtraque solennitate non diuersa fuisse. vide R. Bechai in Leg. f. 157. b, & librum Rabbinicum Iuridicum, inscriptum, קלאבּו Col-bo f. m. 69. b. edit. Venet. in fol. lalkut f. 186. col. 3. & 4. fol. 250. 4. num 646. conf. Abraban. Comment. in Iosuam fol. 11. b. Maimonides in Hilchot Schophar cap. 1. §. 1. Tametsi in Lege, inquit, clamor cum tuba (שופר) in novo anno decretus haud sit: de iubilao tamen dicitur, (Leuit. l. c.) Et transire facietis tubam clangoris, &c. Et ibidem legitur, transire facietis tubam. Constat autem extraditione, quemadmodum clangor iubilaei eum buco. **B** materia, cina, ita quoque in novo anno eodem instrumento perficitur. Qua deinde ex materia tubae compositae esse debeant, dispiciendum nunc venit. Doctores Iudei tubas arietinas incurvias, qualibus in iubilao utri confueuerant, requirunt. vid. R. Moses l. c. R. Iom Tobb in Maggid Mishnaeh, ac R. Schem Tobb in Migdal Os ad h. l. Auctor libri Col-bo f. 69. a, rationem, cur incurvatae esse debeant tubae, reddit sequentem. שיכוף כל אחד נמשׁו יצווין לפו לעשות רצין ut quisquis semetipsum flecat, ac animum suum, ad creatoris placitum exsequendum, praoparet. In tract. Rosh hashchanah III. 3. buccina noui anni פשׁען של בקשׁ, de rupicapra recta praecepitur. Diversae licet hae sententiae esse videantur: conciliat tamen eas Col-bo l. m. ita, ut sub significatione בקשׁ seu arietis, tam caprae quam caprinotionem comprehendendi adfirmet. In uniuersum autem omnes שופרות legitimae sunt, praeter cornu vaccinum, quia hoc vocatur

**ר' Deut.** XXXIII. 17. adi **ר' III. 2.** Bartenoram & Maimonidem **y qualitas,** h. l. R. Alphes Comment. in Talm. Part. I. f. 166. b. Ipsa vero noui anni tuba, quomodo comparata fuerit, describitur in **ר' I. c. §. 3.** quod nimurum orificium eius auro obductum, in medio ipsa tuba, ad duo latera duae buccinæ; non scissa aut glutine coniuncta, non furto ablata, non profano cultui idololatrico consecrata esse debeat; de quibus aliisque circumstantiis prolixè disputant Rabbini cum Talmudicis, in **ר' III. 4. 6.** Rambam. Hilch. Schophar cap. I. per totum, & ex eo Col-bo f. 69. b. c. qui etiam §. 4. scribit, tubam nouianini aqua aut vino aceto non dissimili elui posse, quo eo gratiorem & suauio-

suauiorum sonum edar Clangorem ipsum singularem Talmudici & Clango<sup>r</sup>  
requirunt in tr. Rosch haffchanah IIII. 9. quod scilicet tres clangorum ipse,  
distincti ordines, ex tribus aliis compositi, ternis vicibus repeti de-  
beant. Prima vice pro regno diuino, secunda pro eius prouiden-  
tia, ultima denique pro tubis, clangunt; priorem ordinem pro re-  
gno Dei, ter iterant, seu nouies tubas inflant, edendo tres תריעות  
sonos fractos, ac tres תקיעות continuos, tali ordine, prout Maimo-  
nides Hilch. Schophar. III. 1. depingit, 1) תקיעה חרואה תקעה 2)  
תקעה חרואה תקעה 3) תקעה חרואה ותקעה 4) תקעה חרואה vid.

Houing. ad ר' loc. cit. Ialkut f. 186. 4. 250. 4. Praeterea  
soni simplices non pauciores esse debent, quam nonem טרימוטות tremuli; nec in sono fracto sive תריעת pauca constituenda est, aut in  
ה' e. sonitu continuo fracto cum tremulo. Nolo plura huius  
rei cumulare, cum partim apud Maimonidem l.c. cap. III. tot. par-  
tim auctorem libri Col.-bo fol. 79. a. b. existent, ac subtilitates Rab-  
binicas sapient. Obseruandae quoque veniunt sectiones in nouo  
anno praefigendae, e quibus nonnullae sunt, post quarum recitatio-  
num in flanda tuba est. Rosch haffchanah IIII. 5. Iam videndum  
est, quoniam in loco clangere liceat. Iudei aptum iudicant omnem locum, in quo est Synedrium; ac Hierosolymis quidem in tota vrbe,  
quamdiu Synedrium in sanctuario morabatur, id siebat per sex hora-  
rum spatum, non exceptis vrribus circumiacentibus; in labne au-  
tem sonum tubarum in Synedrio duntaxat emittebant. R. Obadias  
de Bartenora, R. Moses ad Rosch haffchanah IIII. 1. & Hilch. Schophar  
II. 8. 9. Personae omnes audire clangorem tubarum tenebantur, <sup>& Lochs,</sup> personae  
tam Sacerdotes, quam Leuitae, peregrini, serui, manumissi, ille audientes.  
quoque, qui aliqua ratione seruus, & quodammodo liber est, nec non  
clausus genitali parte & androgynus: excipiuntur tamen mulieres,  
serui adhuc ministerio addicti, denique parvuli. Maimonides l. c. II. 1.  
Surdus proinde officio suo satisfacere non potest, sed liber est a tu-  
barum clangore, cum res ab auditu dependeat. Sunt & aliae caute-  
lae attendendae. Nam intentio multum heic facit. Vnde si quis  
clangor ea intentione, ut omnes audientes liberare velit, ac alter au-  
dierit sonum tubarum, volueritque officio suo facere satis, etiam si  
clangens

clangens ad illum hominem mentem non intenderit; tamen debito suo satisfecit, cum clangens omnes liberare gestierit. Similiter si quis ambulans aut domi considens Synagogae audierit ministrum clangentem, iam absolvitur & satis tuo officio fecisse iudicatur, quandoquidem ministri Synagogae quamplurimos liberare velle creduntur. *Maimonides* L. c. §§. 4. 5. *Col-bo* f. 69. 4. Adeo si quis in foueam, cisternam, dolium clanxerit, & alter id auribus percepit, satis suo officio fecit, si modo clangentis & audientis utrobique adfuerit intentio, cui tantum certe hoc in negotio adscribunt Hebraei, quantum aliis sacris in rebus rite peragendis, Pontificii facere consueuerunt.

## §. XIII.

Ceterum essent, fateor, quaedam adhuc ad illustrandam hanc materiam addenda, i.e. primis de phasibus lunae, testibus de nouilunio idoneis & suspectis, de intercalatione Iudaica; verum quoniam fuse de prioribus agunt priora tractatus *Rosch haShanah* capita, non opus fore credo, hinc inde scripta Rabbinica, huc spectantia, compilare, praelettum cum propositum nobis tantum fuerit, iura solennitatesque auspiciorum anni civilis breuiter tradere. Ne vero ~~στρυμόνας~~ plane discedam, aut istas materias intactas prorsus relinquam, data forsan alia occasione pertractandas, faceto Iudaico figmento, non e Iouis cerebro, ut de Minerua Gentiles comminiscuntur, sed ex ingenio Rabbi Bechai prognato, praelentem tractationem claudam. Is itaque Comment. in Leg. f. 156. 4. ab init. suac gentis dignitates depraedatur, inter alia priuilegium & peritiam intercalationis anni eidem data scribit. Nimirum die XXV. Elul solem, lunam, dies, noctes, revolutiones, embolismos, condita fuisse, & coram totius orbis Domino comparuisse. Sanctissimum tuum Numen Adamo tradidisse annum, eo quod dicatur: Genes. V. 1. *hic est liber generationis Adami.* Primum parentem ad Hanochum devoluisse, Q. S. E. ¶ 22, & ambulauit Hanoch cum Deo, Hanochum Semo, hunc Abrahamo, Abramum filio, Isaacum Iacobum tradidisse, donec in Aegyptum venerit, Q. D. Exod. XII. 1. *in terra Aegypti, dicens*, q. d. hactenus arcanum de intercalatione anni penes Deum delituis-

Ituisse, qui nunc illud Israelitis committat; quo etiam usi fuerint  
quamdiu in terra erant. Quum vero in Babyloniam captiuitatem  
abducerentur, superstitibus in terra sancta, hoc quicquid est mysterii,  
concessum fuisse, qui isto priuilegio semper gaudi fuerint, adeo ut  
quum Ezechiel annos in Babylonie intercalare voluerit, Iehoua ei id  
interdixerit, non aliam ob causam, quam quod plebeis in terra  
sancta facere hoc licitum, Israelitis vero extra terram degentibus  
prohibitum sit. Cetera, quae ad modum intercalandi attinent,  
idem Bechai atque Seldenus de anno ciuii veterum Iudeorum Capp.  
IX. XII. produnt.

F I N I S.

Solem Justitiae nuper, doctissime BVHLL,

Sistebas nobis, in patriam rediens.

Tubingā rursus repetens Giffensis castra

De auspiciis anni differis atque doces.

Quis non hinc patriæ posset promittere de Te

Egregios fructus auspiciumq; bonum?

Honoris amicitiaeque causa festinantes  
adjecit gratul.

D. JO. HENRICUS MAJUS.

Ex reisbo Sancti tulit  
Adulterii  
Sodomie  
Magia et  
Incendi tobis  
Patnie.

Clariss.

*Clarissimo atque Doctissimo*  
**DNO RESPONDENTI**  
 S. P. D.  
**PRÆSES.**

**Q**uod Marcus quondam *Tullius* filio suo salubre consilium dedit, ut semper cum Graecis Latina conungeret: idem Te non modo obseruasse, sed & superasse, vere dixerim; cum non satis Tibi esse visum fuerit, duas tantum linguas addiscere, nisi alias simul Orientales adiungeres. Iam tum animum sacratori Philologia imbutum, & ad ipsa penetralia linguarum aperienda idoneum, non obscuris speciminibus, tam in alma Ludouiciana nostra, quam Eberhardina, ostendisti: quae indies augere annitis. Et cum ea temporum nostrorum infelicitas existat, ut ad linguarum cognitionem percipiendam vix duo vel tres, ex vero dicente *Edm. Castello*, accurvant: tum eo maior Tibi laus debetur, quo maiori & conatu & successu, terum laudandarum studia hausisti. Hinc verbis paucis non nouum quidem annum, cum nullum nunc auspicemur, sed noua ac felicia reliqua omnia, fortunam denique meritis.


Tuis dignam, opto atque precor. Vale!













## Aduersus Montanum.

76

num sane Concilium est & antiquissimis  
forme, quod more suo Ecclesia Romana  
ac celebrat: quod inq; à Pontifice Roma-  
tur, habetur à Præfulibus, aut his qui iure  
onsuetudine diutissimè seruata, interesse  
ent, & suffragia deferre, de doctrina fidei,  
Ecclesiæ, uel pacé inter Príncipes Christia-  
nū. Quodcunq; ab hoc discrepauerit, Ec-  
cl solet Concilium appellare, sed Sathanæ  
Concilium malignantium, Conciliabu-  
sum mente perditorum.

um prouehor?

MON.  
ræcipitem egit extra te ipsum amentia aut GASP.  
icendi, ut quo proueharis, nescias. Recipe

olui graues ob causas profectione Triden- MON.  
ter sedendum esse: quod si perfeci, dicendi  
us sum. Supereft, ut uelis collectis, nauem in  
cam.

nile perfecisti, neq; perficere unq; poteris, GASP.  
niuersa colluquies hæreticorum suppetias  
estat, nisi ut ad te redeas, in te descendas,  
tisper habites. Cogites, unde excideris,  
& Ecclesiæ Romanæ charissimæ eius  
tare debeas. Ego non dubito, quin si te  
, atq; id animo feceris ueritatem explos-  
tendiq;, facile tibi Spiritus sanctus eam

X in mentem

utolum fidati: 300  
Templo Templo: 150  
padrig fortis: 100  
Rothaus: 100

Image Engineering Scan Reference Chart TE23 Serial No. 0311